

,, sine sæculi ejusdem XVI. Malaxus vir Photianus (*in No-*
 ,, *mocan. c. 103. de Sacramentis in fin.*) Photianos ac-
 ,, cusans suos, ubi contra Calvinianam perfidiam con-
 ,, stituit vim Gratia divinx: ἐνεργεία τῆ αὐτῆ πράγματος,
 ,, ἢ πίστεϊ τῆ ὑπηρετίᾳ ἀγιαλῶσος τὸν ἀνδρῶπων, Ex opere ope-
 ,, rato, non ex fide ministri, Sanctum hominem facien-
 ,, tis, inquit ἀλλὰ ταῦτα οἱ τῶν μυστηρίων ἑροὶ ὑπηρεταί &c.
 ,, Sed hæc Sacramentorum ministri inter nos, pene om-
 ,, nes, eo deducunt, ut non inutilia dumtaxat sint, sed
 ,, & exitiosa propter terribiles Simonias, quas perpetrant
 ,, in illis. Exempli gratia: Neque exorcismum faciunt,
 ,, nec liniunt Chrismate, nec in tribunali sacra Pœni-
 ,, tentia de criminibus judicant, sine argento. Atque hoc
 ,, sane non mirum: nam qui argento recepere Ordines,
 ,, mercaturam agunt in sacris omnibus. Teste igitur
 ,, Græcia, Simonia palam apud vos est. Addam mirum
 ,, aliquid, ac pene dixerim incredibile. Teste te ipso,
 ,, Marguni, penes vos palam est Simonia. Nam in vita
 ,, Tarasii, ubi corruptam, ut jacet in Jure Græc. Rom.
 ,, Epistolam produxisti, addis (*not. ult. in medio*) dicto-
 ,, rum in notis oblitis, hæc tandem verissima verba.
 ,, τὸσῶτο πάλαι μῖστος τῆς μαρᾶς σιμωνείας γέγονε τῶς ἀρχιε-
 ,, ρῶσων ἡμῶν &c. *Tantum olim sordida Simonia fuit odium*
 ,, *Antistitibus nostris, a quibus nunc turpe lucrum mire-*
 ,, *diligitur. Nam lucrum sacra nostra pene omnia guber-*
 ,, *nat manifeste adeo, ut ex more ad solutionem celebrato-*
 ,, *rum contractuum provocentur coram Judicibus sacro-*
 ,, *rum Emptores.* Hæc tute ipse, Marguni, non alius.
 ,, Quorsum igitur Simoniam in Urbe requiris, qua tota
 ,, Photianis incubuit? Apage inutilem inquisitionem.
 ,, Quæ tota vos obtinet: quam totam carissime posside-
 ,, tis, retinetis; cavetisque, ne fugiat, futuri sine illa
 ,, pauperissimi: eam quid frustra quaramus Romæ? Prope
 ,, est, ut exelamem; Nequicquam Romam ascendimus,
 ,, deprehensuri crimina, quæ Romæ sunt nusquam; eadem
 ,, scilicet frequentissima reperturi faciliore viatico, si
 ,, vestras ad Ecclesias, Adriaticum emenli, navigare-
 ,, mus.